

## Dissertatio

curantem deflebit. Sed mysticum sensum prosequi se idem Pater declarat, ut proinde hæc ejus opinio è literalium expositum censu expungenda sit.

Quicunque hac sententiâ de pulso Divinâ virtute Asmodæo tenentur, his potissimum argumentis valent. 1. Multum inter se duo hæc abhorrent, spiritus nempe & fumus, crassus ille, corporeus & sensibilis. 2. Multum etiam abhorrent inter se morbus ille & pharmacum. Solent quidem in morbis contrariae indolis medicamenta adhiberi, vel saltem peccantes humores emissione compesci, vel recta sanguinis & humorum economia restituui, quod non unâ ratione confici potest; siue in humores ipsos agendo, siue causâ peccandi illis sublatâ, siue restitutâ spiritui pristinâ quiete & tranquillitate; semel enim ac ille acquieverit, continuo quies omnis & tranquillitas sanguinis & humorum restituatur oportet, totaque deinde infatuaret corporis habitudo. Tandem potest morbus desstitutione spirituum induci, cui depellendo unicè prôdest spirituum igniculus excitare, aptoque adhibito nutrimento sanguinis & humores nimia effusione erogatos reparare.

Nihil simile in praesentia. Uxor iunioris Tobiae nullo, quantum scimus, corporis vitio laborabat. Id unicè prastandum erat, ut Dæmon, quo puella obsidebatur, eaque illesâ in procaces ejus amatores debacchabatur, pulsus abiret. Porro neque fumus in Dæmonem corpore desitutum, agere poterat, neque in spiritum mulieris; quid enim corpus ad spiritum? 3. Si quid fumus in Sarum valuerit, ut quid in aliis ad similes effectus non valeat? Suffumigia & odoramenta omnia, quæcumque tandem fuerint, nunquam pellendo Dæmoni, siue in Exorcismis quibusdam [e] sulphur & alia acerrimi odoris cremandâ præscribuntur, non odori tamen sed precibus, quibus ea cæmeronia absolvitur, Dæmonis expulsio tribuenda est. Tandem si fumus pellendo Dæmoni se solo valuerit, ut quid orare arque continentur servare conjuges jubent? Ut quid Raphael Tobiam admonuit in eos tantum valere Dæmones, qui brutales voluptates unicè sectantur? Naturalis medicina nullam exigebat recti cordis habitudinem.

Inter tot varias repugnantesque sententias illud statuendum jure merito arbitramur; 1. Fumum jecoris piceum nihil insitâ virtute in Dæmonem valuisse. 2. Nihil illum potuisse nisi in sensu Tobie & Saræ, in quibus fortè calentis volupたtis titillationes compescens, continetia servandæ plurimum contulit; quam sane virtuem certis quibusdam plantis, sucinis, & odoribus tribuendam Naturalis historiae Scriptores omnes norunt (f). Facilius inde, ut obstrutâ Dæmoni nocendi viâ nihil in Tobiam valuerit, neque illi perimendo, quemadmodum in cæteros ante ipsum, quidquam virium habuerit; ac proinde virtus ac rubore suffusus è loco se proprietas in superiorum Ægypti-

Vide Dæmoniorum flagell. Exorcif. 4. & 6. Quamquam eos ritus una cum Libro censoriâ insuffit S. R. Ecclesia videtur.

f Plin. l. 24. c. 9. de Salice & Amerina, lib. 25. cap. 13. & lib. 26. cap. 10. de Nymphæa, & lib. 30. cap. 15. & 32. Ovidius de Remed. Amor. l. 1.

## Dissertatio

ptum impii artibus exercendis, sece transferret. Nec modicè illi depellendo contulit duorum conjugum in studio castæ precis, & vigiliarum per tres succedenes noctes confessus. 3. Tandem Angelus Raphael non minimum victoriae in Asmodæum momentum fuit, quippe qui & artem vincendo Dæmoni revelavit, atque constitutam vero Israelitæ in conjugio incedendo disciplinam docuit; ac tandem eâ qua pollebat virtute, Dæmonem, ut vietas daret manus, coegit. Maximam enim victoriam partem eidem Angelo tribuendam fatis insituat Scriptura, narrans catenis revinctum Asmodæum in ultimam Ægyptum à Raphaele amandatum fuisse. Id planè, ut catenam Dæmonem vinciret, neque fumo è jecore piceis, neque precibus, neque Tobias continentalis tribueretur. Quare tota hujus prodigiæ ratio tribus potissimum conflat. In revelatione singularis atque prospers extraordinarii pharaci. 2. Quod Raphael veram caufam mortis priorum Saræ conjugum aperuerit, simul ostendens quid facta opus esset, ut simile malum evitaretur. 3. In ope à Raphaele præstâ, quod Dæmoni arcendo atque in perpetuum eliminando Tobias valeret.

Reliquum est disquiramus relegationis Asmodæ rationem, caufam, & locum; rem enim tantummodo narrans Scriptura, cetera omnia silent (g). Tunc Raphael apprehendit Dæmonium, & religant illud in deserto superioris Ægypti. Hebraeus legit Asmodæum vix nidore jecoris perceptio in superiorem Ægyptum se prioprius; catenis ab Angelo religatum in Græco additur; quod vero idem Angelus Dæmonem apprehendit, in neutro, sed in Vulgata quidem legitimus. Insinuat autem eadem Vulgata, Angelum hæc omnia in ædibus Raguelis præstissime, devinctumque veluti ad carcere in deserta Thebaidis deduxisse. Utique res habuerit se, illud conflat, hujus historiæ narrationem aliter accipiendo, quām quomodo rigidus literæ sonus designat. Qui Dæmon alligaretur, qui certo alicui loco addiceretur? qui apprehenderetur & veluti captivus, detrunderetur in carcere? Verbum igitur alligare in praesentia eodem sensu usurpandum esse constat, quemadmodum & alibi sè in Sacra Scriptura, ubi iisdem ferè verbis de Cacodæmonie agitur. Ita Iesus Christus nunquam è custodia viri fortis detrahi arma & vestari sè posse dicit, nisi quis prius, ait, alligaverit fortem (h): & in Apoc. 20. 2. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus & Satan, & alligavit eum per annos mille. S. Petrus Ep. 2. cap. 2. 4. de lapsu Angelorum perduellum ait: Ridentibus inferni detracitos in Tartarus tradidit cruciarios, in judicium reservavit. S. Judas de Angelis qui non servaverunt suum Principatum scribit: In judicium magni diei vinculis eternis sub calamite referravit. Has omnes phrasæ alter planè intelligamus oportet, quām de reali quadam alligatione, qua veris catenis vincit Dæmones detinerentur, cum potius vim quamdam superiorum insinuant, cujus

g Tob. 8. 3.

h Matt. 12. 19.  
Mar. 3.

## In Dæmonem Asmodæum

277

cujus potestate impius Dæmonum furor coercetur, atque inviti in tormentis detinentur.

i De Civit. l. 20. c. 7. & 8. S. Augustinus [i] totam hanc alligationis Dæmonis rationem ita exponit: Alligationis Diaboli est non permitte exercere totam tentationem, quam potest, vel vi, vel dolo ad seducendos homines. Detinetur modò vinculis alligatus in inferno Diabolus, cùm exerce vires suas fallendis hominibus per Idololatriam, quemadmodum olim ante predicationem Iesu Christi per universum mundum, prohibeatur. Hunc fortè Christus alligavit, arcem illius expugnavit, armis diripiuit omnia, & spolia divisit. Raphael cum Asmodæo, quemadmodum cum victo, dispotice egit, ut veluti in vinculis captivum atque in extremam ignotamq; oram relegatum habuerit. Jusit enim de mandato Domini è loco secedere, sublatamque illi significavit concessam antea sive in viros processus ad thoram Saræ accedentes facultatem. Hæc omnia uno illo verbulo religavit designantur. Cum enim Dæmon nihil injusu Domini valeat, eo permisam facultatem revocante veluti alligatur. Scilicet enim Pseudo Augustinus (k) illum cani alligato comparat: Alligatus est, tanquam inuenitus catenis canis: neminem potest mordere, nisi eum, qui se illi mortiferâ securitate conjunxit... Latrare potest, sollicitare potest, mordere non potest, nisi volenter.

Verum quinam fieri potest, ut Demon uni certo loco addictus teneatur? Nonne æquè repugnat sive spiritus uno certo in loco claudetur, sive vinculis alligetur, quorum utrumque à natura intellectuali penitus abhorret? Respondemus tamen, utrumque nullo negotio fieri potuisse: sicut enim Demon alligatus dicitur, cùm ejus nocendi potentia certis quibusdam finibus Deo jubente coactatur; ita pariter idem Spiritus uno certo in loco tene ri diceretur, cùm Dei iussu nihil agere nisi certo in loco, rebus, & personis permetteretur. Quare cum Asmodæus ante unum Saræ alligatus detineretur, ut nihil posset, nisi in eos, qui pravâ cordis habitudine ad pueræ thorum accederent; inde postea depulsi in deserto superioris Ægypti amandatus fuit, non ut ibi veluti in carcere clauderetur, sed ut eum locum veluti theatrum exerenda virtutis sua haberet, seu potius ut ibi veluti in deserto inculto loco nemini noxius detineretur. Igitur clausus in loco Dæmon nihil est aliud, quām Dæmon intra certi loci spatia agere permisus. Dæmon, cui Deus tentare aliquem permittit, ille eo in loco clausus, ubi vir ille degit, rectissime dicetur.

Qui malis spiritibus ita imperet, ut ad arbitrium atque supremo jure possit illos certis quibusdam locis & temporum articolis addicere, finibus eorum nequitiae prestitutis, & ne ultra noceant inhibere, unus est Deus. Fatemur tamen Angelos interdum & homines eadem potestate usos, ut Dæmones certo quodam in loco religant, atque impotentem illorum furorem frangant.

m Vide Herod. l. 2. Divod. l. 2. Prolem. Strabo. & Gr.

Quan-

Quantum temporis religatus Asmodæus in Ægypto detineretur, in Scriptura quidem non legimus; suspicandi tamen locus est, toto vita Tobiae & Saræ tempore in exilio mansisse, cum Tob. 6. 8. legamus Dæmonem semel ea arte, quæ ibidem exprimitur, expulsum, nonquam ad illos reverti potuisse: *Ita ut ultra non accedat ad eos.* An vero eo elapo termino denegata prius facultas nocendi iterum Dæmoni concessa sit, altum est Providentia arcum, cuius consilium scutari nemini licet. Animadvertisse juvat Iesum Christum Mart. 12. 43. insinuare, vulgatam hanc esse Judæorum persuasionem, Dæmonem scilicet ex hominibus, quos obsidebat, depulsum, loca petere squalentia & deferta, donec aptum rei tempus nascatur, pristinum illud hominis contubernium repeatat. Ita pulsus è Saule Dæmon per intervalla redibat. Septuaginta illud Isaiae 13. 21. 22. ita reddit, quasi Babylonem in solitudinem ab hostiis redactam habitare essent Sirenes & Centauri, eodemque choro ducti Dæmones ventitarent.

Mira quædam narrantur (n) de angue

n Vide *Voyag. de Paul Luc. de Levant.* t. 1. c. 9. & 14.

## IN LIBRUM JUDITH PROLEGOMENON.

**L**IBER Judith historiam potissimum complectitur libera-tæ Bethuliæ ab obfidiione Asyriorum, quibus Holofernes præuererat. Nabuchodonosor Rex Ninives relata de Arphaxad Rege Medorum victoriâ tumens, universas sibi orbis gentes subiugere, solumque se Numen ab universitate populis colendum præstare molitus est. Eo confilio Holophernem inmani instratum exercitu ad imponendum Cappadocia, Cilicia, Arabia, Mesopotamia, Syria, Phœnicia, & Palestina jugum misit. In tanto rerum terrore contremiscere omnia, ultrò colla submittere, abolitusque undique avita religionis monumentis, aræ quaquaversum Nabuchodonosori tanquam Nummi erigi.

Tot finitimarum gentium ærumnis docti Judæi, atque victoriâ caterarum per circuitum gentium tumentiores impotentioremque hostem admavertentes, consilium in speciem quidem temerarium & preposterum, re tamen & eventu salubre inverunt. Bethuliæ Urbs via ad Ægyptum imminens, oclusis foribus victoris legem recufavit. Obstinati frangendis obficio Urbis ab Holoferne suscepit est, opportunisque circa illam locis occupatis, fontes potissimum, unde aquæ Bethuliæ derivabantur, obstruxit. Quare in ultimas angustias redactis civibus, ad tumultum vergere omnia, passimque in Optimates

exclamare, ut intra quinque dies, nisi interim obfessis auxiliis extrinsecus obvenisset, deditioem polliceri cogerentur. Inter hæc Judith vidua Manasse relicta, spectata virtutis & nominis fœmina, optimates ad se accitos pluribus objurgavit, quippe qui tempus auxilio Dei præscribere ausi fuissent. Adicit, statuisse se populum ab iis, quibus premebatur, angustiis, in castra hostium sese conferens, relevare. Nec mora: assumptis splendidissimis vestibus totogate muliebri apparatu compita, castra hostium & Holoferni convénit, quem & vultus elegantiâ, sapientique de industria compito sermone ita cepit, ut strenuus ille miles nihil ultra cogitaret, quām ut fœminâ potiretur. Eam nocta occasionem Judith, ad cœnam in tentorio Holofernis invitata, confensit, solaque post cibum, unâ cum illo manens, largiori vino madenter & in somnum resolutum obturcavit, raptimque Bethuliæ sese recepit. His simul gestis, Judæi clamantes undique in Assyrios prouerunt, qui subitâ hostium effusione attoniti, concursu ad Holofernem factio, Ducis iussiones exquisituri venierunt; sed illum obturcatum nati, subitâ statim confectione omnia turbarunt, & uti in trepidâ, sua omnes quærere, falutemque fugâ procurare coacti sunt. Terga vertentes hostes Judæi Damacum usque prosecuti sunt, ingentibus de illis spoliis relatis. Tantæ victoriae solemnes Deo gratias Judith Cantico recitato persolvit,

to-

totamque illam diem singulisque deinde recurrentibus annis solemnem Judæi habuerunt.

Hujus Libri Author omnium Interpretum consensus latet (a): doctiores sumus de tempore, quo eadem historia referenda, sicut & quo potissimum sermone primi-  
tus conscriberetur. Sunt qui cum Regno Manassis ante captivitatem Babylonicam componant; sunt qui cum Regno Sede-  
cia Regis Juda. Alii malunt post captivi-  
tatem sub Dario, Xerse, Cambise: sunt  
tandem qui ab omni se difficultate expe-  
dientes, totam hanc historiam meram pu-  
tamque fabellam sive parabolam, qua-  
sub euentis nominibus victoriam Ecclesie  
Judaicæ in adversarios suos, ac potissimum in Antiochum Epiphaneum celebrare-  
tur, autuauerint. Singula hæc fusiū in  
examen revocanda sunt.

Interprætum plerique suspicuntur, Sum-  
mum Sacerdotem Joacim sive Eliacim, cuius  
est in eo Libro sermo, genuinum illius Au-  
thorem habendum esse. Hujus tamen opini-  
onis solæ sunt verisimiles conjecturæ. Mu-  
nus erat Sacerdotum Judæorum, ut gesta  
omnia gentis sua, quæ maximè memorabili-  
lia viderentur, in commentarios redigerent  
(b). Ad Summum Sacerdotem Joacim,  
si ad alium unquam, liberatio Bethuliæ  
spectabat, quare potuit rei gesta historiam  
scriptis redigisse. Sed levia hæc; si quid  
enim ex eo argumento licet, illud statim  
consequetur, Summos Sacerdotes om-  
nes eos Scripturæ Historicos Libros di-  
classæ, quorum Author in ipsis Libris non  
legitur. Suspicuntur alii Iosue filium Jose-  
dech Summum Sacerdotem Judæorum,  
ætatis sua historiam scriptis redigisse (c).  
S. Hieronymus in Agg. 1. 6. infinitu-  
detur, Judith gesta à se omnia scriptis;  
sed opinionis sua nullum documentum  
affert. Animadversione dignum est, Au-  
thorem, licet in describenda historia non  
segnem nec officiantem, nunquam tamen,  
nec obiter, prodidisse nullumque reliquissime  
indictum, quo coevan se historiam scriberet  
infirmitate. Quin & contrarium no-  
bis comprehendit videatur, cum legimus  
ejus Authoris tempore adhuc familiam  
Achior in Israele veratam fuisse (d), &  
festum victoriae Judith adhuc celebrari  
(e); hæc enim omnia designare rem su-  
periiori ætate gestam videntur.

Si aliquid certi definiri potuerit de-  
tempore incepti sive absoluti huius Festi,  
facile etiam ejusdem historia tempus col-  
ligeretur; sed in omnibus vetustis Calen-  
dariis, ceterisque Hebreorum monumen-  
tis desideratur. Caterium si nihil aliud  
ex eo erueretur, vetustissimum tamen esse  
Librum certum constat; agit enim de Festo,  
cujus nulla est memoria in monumentis  
post captivitatem Babylonicam.

Apud Josephum, Philonen, & Scrip-  
tores N. T. altum est de Judith ejusque  
Libro silentium, cuius tamen non magni fa-  
cienda est ratio, neque enim id sibi nego-  
ciis Authores illi suscepunt, ut de histo-  
ria universa Judaica agerent; & Josephus  
nihil sibi scribendum assumpit, quam

f Joseph. in.  
Prolog. Antiq.  
l. 10. c. 11.

c Ita Pseudo-  
Philo lib. de  
temporibus  
Rab. Azarias  
Sixt. Senens.  
Juli. Roger. de  
Lib. Canonice  
cap. 20.

d Judith. 14. 6.  
e Judith. 21.  
f 21.

g Ita cap. 8.

21. Gracum-  
legit, Epide-  
xometha; cum  
Syriacus lege-  
rit, Epidexo-  
metha, nos  
recepimus. Et  
cap. 9. 2. ver-  
bum intran-  
vitta, sive cin-  
gulus virginis  
pro cri-  
nium vitta-  
sive mitra-  
usuratur.